

I. DIPLOMA KRALJA LEOPOLDA I. OD 23. RUJNA 1669.

N O S L E O P O L D V S D E I  
 G R A T I A Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniae, Ramae, Seruiac, Gallitiae, Lodomeriae, Cumaniaeque et Bulgariae: Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Marchio Moraviae, Dux Lucemburgae, ac superioris et inferioris Silesiae, Wierthembergae, et Thecae, Princeps Sueviae, Comes Haspurgi, Tyrolis, Ferreti, Kyburgi et Goritiae, Landtgravius Alsatiac, Marchio Sacri Romani Imperii, supra Anasum Burgouiae, ac superioris et inferioris Lusatiac, Dominus Marchiae Sclauonicae, Portus Naonis et Salinarum. M E M O R I A E commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit vniuersis. Quod considerantibus nobis, quibus potissimum adminiculis Fides et Religio Christiana, a tot Annorum Saeculis ad haec usque tempora inter genus humanum non solum propagata, sed et confirmata extiterit, verum etiam per Vniuersa Orbis Christiani Regna tam altas radices figendo, in tantum ac tam late patentem sui splendorem atque potentiam excreuerit, inter alia Diuinae prouidentiae subsidia animaduertimus Principes pios ipsiusque Religionis Christianae studiosos, et amantes, praesertim autem eos, penes quos nonnunquam summa quoque rerum Orbis potestas stare solebat, in ea cum impensius dilatata et ornata, tum vero defensa, et ad nostram aetatem usque transmissa plurimum semper momenti attulisse. Nam si Sacras Veterum Historias voluamus, Pietatem in DEVM, quae ex sola verae fidei cognitione

M I L E O P O L D, po milosti Božjoj izabrani car rimski, uvijek Uzvišeni, kralj Njemačke, Ugarske, Češke, Dalmacije, Hrvatske, Slavonije, Rame, Srbije, Galicije, Vladimirije, Kumanije i Bugarske, nadvojvoda Austrije, vojvoda Burgundije, Brabanta, Štajerske, Koruške i Kranjske, markgrof Moravske, vojvoda Luksemburga, Gornje i Donje Šleske, Württemberga i Tecka, knez Švapske, grof Habsburga, Tirola, Pfirta, Kyburga i Gorice, landgrof Elzasa, markgrof Svetoga rimskog carstva, Burgaua poviše Anasa i Gornje i Donje Lužice, gospodar Slovenske krajine, Pordenona i Salzkammerguta, objavljujemo ovom ispravom svima kojih se to tiče i predajemo sjećanju slijedeće:

Razmišljajući o tome na što se najviše oslanjala kršćanska vjera i pobožnost u toliko proteklih stoljeća sve do našeg vremena, te se ne samo proširila među ljudskim rodом nego i učvrstila, štaviše duboko se ukorijenila po svim kraljevstvima kršćanskog svijeta i uzdigla do tako silnog i tako široko rasprostranjena sjaja i moći, opažamo da su, među ostalim pomagalima Božje providnosti, koliko što revnijem njezinu širenju i uzdizanju, toliko njezinoj obrani i prenošenju sve do našeg vremena uvijek najviše pridonosili pobožni vladari, revni ljubitelji kršćanske vjere, osobito oni u kojih je rukama katkada znala biti i vrhovna vlast nad svijetom. Ako naime prelistavamo svete povijesne knjige starih pisaca, saznajemo da je pobožnost prema Bogu, koja proistječe jedino iz poznavanja prave vjere, uvijek cvala

3

prouenit, bonorum semper et piorum Principum tempore floruisse, Regnorum vero gubernaculis ad impios delatis, innumeris persecutionibus saepissime fuisse obnoxiam comperimus. Quo facto, cum a Diuis quondam Hungariae Regibus nostris praecessoribus, gloriosissimae reminiscen-  
tiae, non minorem in augmentanda et ornanda, quam conseruanda Religione ipsa factam esse videamus diligentiam, Eorum vestigiis nos quoque insistere volentes, siquidem palam constaret, variis haeresibus infecto hoc Saeculo, honesta Libera-  
lium Artium studia ad extirpandas easdem plurimum conducere, ut ea in Regnis quoque nostris Croatiae et Sclauoniae, alias in avita Religione constanter persistentibus, florere, uberesque cum pietatis, tum etiam cultiorum monumentorum fructus passim edere possint. Quae cum his saltem temporibus nostris, a nullo mortalium genere, ac Statu totius Orbis Christiani, imo et ipsorum hostium luculento testimonio maiori, et certiori fructu, successuque ac metho-  
do praestari dignoscantur, quam a Religiosis Venerandae Societatis Iesv Patribus, Idcirco fidelis noster Venerabilis Nicolaus Dianesseuich, Praepositus Maior, et Canonicus Ecclesiae Zagrabiensis, Abbas Beatae Margarethae de Bela, ac Prioratus Auranae Gubernator, saepesaepius considerando Vicinas Regiones habere Academias et Vniuersitates, in quibus domestica et forensis Iuuentus erudiretur, eius vero Patriae praeclara studiosae Iuuentutis ingenia ignorantiae tenebris illo ex defectu ob-  
uoluerentur, nihil prius aut magis in votis habuit, quam ut ad promouendam DEI gloriam, ipsiusque Ecclesiae Sanctae promotionem, dictae Patriae decus, et ornamentum, Iuuentutisque studiosae commoditatem, calcar, et excitamentum, tres Philo-

u vrijeme čestitih i pobožnih vladara, a kad su kormilo kraljevstava preuzimali bezbožni ljudi, ona je vrlo često bila izložena nebrojenim prog-  
onima. Zato, budući da vidimo kako su se blagopokojni ugarski kraljevi, naši predšasnici veoma slavne uspomene, jednako revno brinuli za širenje i uzdizanje kao i za očuvanje vjere, i mi želimo ići njihovim stopama.

No opće je poznato da u ovom stoljeću, okuženu različitim herezama, njihovu istrebljenju najviše pridonosi časni studij plemenitih znanosti. Da bi taj studij i u našim kraljevinama Hrvatskoj i Slavoniji, koje su inače postojano ustrajale u djedovskoj vjeri, mogao cvasti i posvuda rađati bogatim plodovima koliko pobožnosti, toliko i učenijih pisanih spomenika – a doista je, bar u ovo naše doba, potpuno očevidno da taj studij, čak i po jasnom svjedočanstvu samih neprijatelja, ne može u čitavom kršćanskom svijetu nijedan drugi rod ni stalež smrtnikâ ostvariti s većim i sigurnijim plodom, uspjehom i metodom nego redovnički oci časne Družbe Isusove – zato naš vjerni i poštovani Nikola Dijanešević, veliki prepošt i kanonik zagrebačke crkve, opat blažene Margarete od Bele i upravitelj vranskog priorata, vrlo često dozivajući sebi u pamet kako susjedne zemlje imaju akademije i sveučilišta u kojima se izobražava domaća i strana mladež, a kako su u njegovoj domovini zbog nedostatka takvih škola bistri umovi školske mladeži obavijeni tamom neznanja, ništa nije ni prije ni jače želio nego da, radi širenja slave Božje i promicanja njegove svete crkve, na diku i ukras spomenute domovine, a na korist i za poticaj i podstrek školske mladeži, namjesti u rečenom zagrebačkom kolegiju prije spomenute Družbe Isusove tri profesora filo-

sophiae Professores, pro triplici cursu Philosophico in dicto praelibatae Societatis IESV Collegio Zagrabiensi, futuris ac perpetuis semper temporibus docendo, iuxta Constitutiones eiusdem Societatis IESV ordinaret, certamque superinde foundationem faceret, prouti fecit et ordinavit. Vnde fidelis noster Religiosus Pater Philippus Kausich, praetitulatae Societatis IESV Collegii Zagrabiensis Rector, tam suo, quam eiusdem Collegii nomine ac in persona Maiestati nostrae humillime supplicavit, ut eandem piam, utilem et necessariam pro praemisso Cursu Philosophico factam Foundationem, quo tanto firmior, solidior, ac omnino perennis permaneat, non solum ut Rex Hungariae, sed etiam ut Electus Romanorum Imperator, approbaremus, confirmaremus, atque Scholas ipsas consuetis coeterarum per Orbem Christianum, praesertim per Regna nostra haereditaria, ac etiam Libera, perque Imperium nostrum Romanum Academicarum Priuilegiis, ac immunitatibus, Bullaque nostra Aurea condecoraremus, exornaremus et roboraremus. Insuper ut easdem Scholas, et Collegium cum omnibus earundem et Collegii personis atque bonis contra quosuis impetitores, ita in nostram ac successorum, haeredumque nostrorum specialem et paternam protectionem acciperemus, ut tam ipsi professores, quam studiosi, more aliarum Academicarum suis solitis gaudere possint Iuribus ac Priuilegiis. Denique, ut omnibus cuiuscunque status et conditionis potestati nostrae subiectis clementer ac serio demandaremus, quatenus ad Gradus Academicos ibidem rite ac legitime promoti, in aliis quoque Academiis et Vniuersitatibus, Urbibus, Capitulis ac Ecclesiis, non secus agnoscere et admitti debeant, quam si in quacunque Antiquissima et Celeberrima Vniuer-

zofije za tri filozofska tečaja, da bi ubuduće za sva vremena tu poučavali prema uredbama te Isusove družbe, i da za to osnuje stalnu zakladu, kako je to već učinio i namjestio ih.

Stoga naš vjerni redovnički otac Filip Kaušić, rektor zagrebačkoga kolegija prije spomenute Družbe Isusove, osobno u svoje ime i u ime toga kolegija veoma ponizno zamoli naše Veličanstvo da tu pobožnu, korisnu i potrebnu zakladu za naprijed spomenuti tečaj filozofije, kako bi ostala što čvršćom, jačom i općenito trajnom, odobrimo i potvrdimo ne samo kao ugarski kralj nego i kao izabrani rimski car i da samu tu školu počastimo, uresimo i osnažimo povlasticama i imunitetom, kako je to uobičajeno za ostale akademije u kršćanskom svijetu, osobito u našim nasljednim i slobodnim kraljevinama i po našem rimskom carstvu, i još k tome našim zlatnim pečatom.

Nadalje, neka tu školu i kolegij sa svim njezinim i njegovim osobama i s čitavom imovinom tako primimo pod posebno i očinsko okrilje svoje i svojih nasljednika i baštinika protiv bilo kojih napadača da i sami profesori i studenti mogu uživati svoja uobičajena prava i povlastice kao i u drugim akademijama.

Naposljetku, neka od svih podanika svoje vlasti, kojega god bili staleža i položaja, blago, ali ozbiljno zahtijevamo da oni koji tu budu propisno i zakonito promaknuti na akademske stupnjeve moraju i u drugim akademijama i sveučilištima, gradovima, kaptolima i crkvama biti priznavani i primani jednako kao da su te akademske stupnjeve postigli u bilo kojem veoma starom i glasovitom sveučilištu.

sitate dictos gradus Academicos fuissent consecuti. Vltimo tandem, ut praetactas Scholas coeteris annotatae Societatis IESV Vniuersitatibus, uniri, et incorporari curare velimus et faciamus. Literae porro foundationis praemissae, quam nobis supradictus Pater Philippus Kausich, praerepetiti Collegii Rector exhibuit et praesentauit, huius sunt tenoris. N O S C A P I T V L V M Ecclesiae Zagrabiensis. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit vniuersis. Quod Reuerendissimus Dominus Nicolaus Dianesevicz, Praepositus Maior et Canonicus Ecclesiae Zagrabiensis, Monasterii Beatae Margarethae de Bela Abbas, ac Prioratus Auranae Gubernator, ab una, parte vero ab altera Reuerendus Pater Georgius Habelich, Collegii Societatis IESV Zagrabiae Rector, coram nobis personaliter constituti, assumptis in sese oneribus et grauaminibus vniuersorum, quos videlicet infrascriptum tangeret, et concerneret, seu tangere et concernere posset negotium quomodolibet in futurum, viae vocis suae oraculo fassi sunt, et retulerunt hunc in modum. Et primo quidem idem Dominus Praepositus qualiter ipse saepesaepius considerasset, et magno cordis sui sensu perpendisset, Vicinas Regiones habere Academias et Vniuersitates, in quibus domestica et forensis Iuuentus erudiretur, huius vero Patriae praeclara studiosae Iuuentutis ingenia ignorantiae tenebris illo ex defectu obuoluerentur, quod domi studendi occasione careret, pro eo autem ut in exteris Regionibus Philosophiae daret operam, sufficientes Expensas non tam facile, praesertim qui tenuioris fortunae esset, conquirere posset, exindeque siue in statu Ecclesiastico Ministri Ecclesiae DEI, siue in Saeculari Gubernatores Reipublicae pau-

Konačno, neka se izvolimo pobrinuti i neka privedemo u djelo da se prije spomenuta škola ujedini i združi s ostalim sveučilištima navedene Družbe Isusove.

Isprava o spomenutoj zakladi, koju nam je iznio i predočio gore navedeni otac Filip Kaušić, rektor više puta spomenutoga kolegija, glasi:

»Mi, kaptol zagrebačke crkve, objavljujemo ovom ispravom svima kojih se to tiče i predajemo sjećanju slijedeće.

Velečasni gospodin Nikola Dija-nešević, veliki prepošt i kanonik zagrebačke crkve, opat samostana blažene Margarete od Bele i upravitelj vranskog priorata, s jedne strane, a s druge časni otac Juraj Habelić, rektor zagrebačkoga kolegija Družbe Isusove, pristupiše osobno pred nas i, preuzevši na sebe terete i pritužbe svih koje niže navedeni čin na bilo koji način ubuduće bude dirao ili ih se ticao, odnosno bude mogao dirati ih ili ticati ih se, živom riječi izjavio i izložio kako slijedi, i to najprije gospodin prepošt.

On je vrlo često dozivao sebi u pamet i s mnogo bolnog osjećanja u srcu razmišljao o tome kako susjedne zemlje imaju akademije i sveučilišta u kojima se izobražava domaća i strana mladež, a kako su u njegovoj domovini zbog nedostatka takvih škola bistri umovi školske mladeži obavijeni tamom neznanja jer ta mladež nema kod kuće mogućnost studiranja, a da bi studirala filozofiju u stranim zemljama, nije lako pribaviti dovoljno novaca, pogotovu onima koji su skromnijeg imutka. Zato se na višim položajima, bilo na crkvenom području među službenicima crkve Božje ili na svjetovnom u državnoj upravi, nalazi manje izobraženih ljudi nego bi ih inače moglo biti.

6

ciores in altioribus, quam alias haberi possit, inuenirentur eruditi. Ea propter ad promouendam DEI gloriam, eiusque Sanctae Ecclesiae promotionem, Patriae decus et ornamentum, Iuuentutisque studiosae communitatem, calcar, et excitamentum, idem Dominus Praepositus apud Reuerendissimum Patrem praedictae Societatis IESV Praepositum Generalem institisset, ab eodemque expectasset, ut ex praemissis rationibus, tum etiam, quia Regna haec in avita Religione (aliis vicinis Regionibus diuersis sectis infectis) semper constanter perstitissent, et de praefata Veneranda Societate IESV fouenda et conseruanda optime mererentur, huic Patriae succurrere, tresque Philosophiae Professores pro triplici cursu Philosophico in Collegio antelatae Societatis IESV Zagrabiae futuris semper perpetuis temporibus docendo ordinaret, offerendo pro iisdem congrua intertentionis remedia, idque, quod petiit, obtinisset. V N D E etiam memoratus Praepositus Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo quinto, antelato Patri Rectori tria millia florenorum Rhenensium pro duplici cursu cum suis Censibus ab Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo secundo, quo nimirum Philosophia Zagrabiae primum doceri incepit, decursis, deinde duodecima die Mensis Nouembris Anni Millesimi Sexcentesimi Sexagesimi sexti iam currentis, quo videlicet tertius cursus Philosophiae primum inchoatus est, (prius siquidem id ob bellicos tumultus, Expeditionemque bellicam ad Canisam contra Turcas habitam fieri nequiuert) Mille Quingentos florenos Rhenenses, pro praefata triplicis cursus Philosophici perpetua fundatione tradidisset, manibusque praerepetiti Patris Rectoris, ut ipsemet coram nobis retulit assignasset. E conuerso vero idem Pater Rector praeli-

Zbog toga, radi širenja slave Božje i promicanja njegove svete crkve, na diku i ukras domovine, a na korist i za poticaj i podstrek školske mladeži, taj je gospodin prepošt usrdno molio prečasnog oca generala spomenute Družbe Isusove i od njega izmolio da – zbog već iznijetih razloga, a posebno zato što su ove kraljevine (dok su druge, susjedne im zemlje okužene raznim vjerskim sektama) uvijek postojano ustrajale u djedovskoj vjeri i stekle velikih zasluga u podupiranju i očuvanju prije navedene časne Družbe Isusove – pomogne njegovoj domovini i da u kolegiju te Družbe Isusove u Zagrebu namjesti tri profesora filozofije da ubuduće za sva vremena predaju u tri filozofska tečaja, nudeći za njihovo izdržavanje primjerena sredstva, pa tako postigao ono što je tražio.

Zato je spomenuti prepošt godine Gospodnje tisuću šeststo šezdeset pete predao prije navedenom ocu rektoru za dva tečaja tri tisuće rajnskih forinti s kamatima koji su tekli od godine Gospodnje tisuću šeststo šezdeset druge, naime kada se u Zagrebu prvi put počela predavati filozofija, a zatim dvanaestoga dana mjeseca studenoga tekuće godine tisuću šeststo šezdeset šeste, naime kada je po prvi put započet treći tečaj filozofije (jer se to nije moglo ostvariti prije zbog ratnih meteža i zbog vojnog pohoda na Turke kod Kaniže), tisuću petsto rajnskih forinti kao trajnu zakladu za tri tečaja filozofije i, kako je osobno pred nama izjavio, uručio ih često spomenutom ocu rektoru.

S druge pak strane taj je isti rektor izjavio da je spomenuti iznos

batam Summam pecuniariam pro  
supraderarata Domini Praepositi pia  
intentione se nomine memorati Pa-  
tris Generalis ex ordinatione autem  
Admodum Reuerendi Patris Prouin-  
cialis Patris Michaelis Sikuten, le-  
uasse et acceptasse retulisset, prout  
etiam leuauit et acceptauit, retulitque  
similiter coram nobis illa cum de-  
claratione, quod dicta Societas prae-  
missae Domini Praepositi piae inten-  
tioni satisfactura esset, idque grata  
animi significatione et memoria,  
praesertim autem Zagrabiense Colle-  
gium recolet. Harum nostrarum vi-  
gore et testimonio literarum median-  
te. Datum die decima octaua Mensis  
Nouembris, Anno Domini Millesimo  
Sexcentesimo Sexagesimo sexto.  
N o s igitur praememorati Patris  
Philippi Kausich, totiesfati Collegii  
Zagrabiensis Rectoris precibus incli-  
nati, et ingenita propensione nostra  
ad benemerendum de re literaria in-  
citati, totam hanc Academiae seu  
studii Philosophici foundationem ac  
erectionem ratam et gratam habentes,  
per Sacri quidem Romani Imperii fi-  
nes de Caesareae, per Hungariam  
vero de Regiae nostrae potestatis ple-  
nitudine ultro et sponte acceptamus,  
confirmamus, roboramus, ac ut legiti-  
mam summeque utilem ac necessa-  
riam in omnibus Punctis, clausulis et  
articulis, approbamus et admittimus,  
proque admissa, acceptata et confir-  
mata futuris perpetuis semper tem-  
poribus, apud omnes cuiusuis status  
et conditionis homines habendam  
esse, nostra Caesarea pariter et Re-  
gia aliaque, qua pollemus, authori-  
tate omni decernimus ac statuimus.  
Vtque tum ipsi Fundatori, de Nobis,  
de Ecclesiasticis, de Ordinibus Reli-  
giosis, de literis, de pietate, deque  
tota Patria et gente sua, per hanc  
Academiae, seu uti praetactum est,  
Studii Philosophici erectionem opti-  
me merito, Caesarei Regiique nostri

novca za gore izloženu pobožnu na-  
kanu gospodina prepošta podigao i  
primio u ime spomenutog oca gene-  
rala, a po nalogu velečasnog provin-  
cijala, oca Mihajla Šikutena, kako  
ju je doista podigao i primio. Tako  
je iskazao pred nama uz izjavu da  
će spomenuta Družba udovoljiti prije  
izloženoj nakani gospodina prepošta  
i da će, osobito njezin zagrebački  
kolegij, zadržati to u sjećanju sa za-  
hvalnošću i odobravanjem.

Oснажено i posvjedočeno ovom na-  
šom ispravom. Izdano dana osam-  
naestoga mjeseca studenoga godine  
Gospodnje tisuću šeststo šezdeset še-  
ste.«

Stoga mi, nakloni molbama prije  
spomenutog oca Filipa Kaušića, to-  
liko puta navedenog rektora zagre-  
bačkoga kolegija, i potaknuti priro-  
denom nam sklonošću da budemo za-  
služni za znanost, čitavu tu zakladu  
i osnutak akademije, odnosno stu-  
dija filozofije smatramo valjanim i  
nama ugodnim, pa to svojevolarno i  
rado prihvaćamo, potvrđujemo i  
osnažujemo puninom svoje carske  
vlasti za zemlje rimskog carstva, a  
puninom kraljevske vlasti za Ugar-  
sku, te kao zakonito, silno korisno i  
potrebno odobravamo i prihvaćamo  
u svim tačkama, klauzulama i član-  
cima. Nadalje, svim svojim carskim  
kao i kraljevskim i drugim ugledom  
koji uživamo ovim odlučujemo i od-  
ređujemo da se osnutak te akademije  
stalno za sva buduća vremena kod  
svih ljudi bilo kojega staleža i po-  
ložaja ima smatrati odobrenim, pri-  
hvaćenim i potvrđenim.

Da bi pak što jasnije došla na vi-  
djelo sklonost i ljubav naše carske i  
kraljevske milosti prema samom ute-  
meljitelju, koji je osnutkom te aka-  
demije ili, kako je prije spomenuto,  
studija filozofije postao veoma za-

fauoris propensio et gratia clarius  
elucescat, tum vero Societatis IESV  
Patribus Zagrabiae in erecta hac et  
a nobis confirmata Academia degen-  
tibus, tum denique coeteris omnibus  
Academicis studiosis clementiae no-  
strae gratia et fauor luculentius ap-  
pareat. Primo quidem et ante omnia  
eandem Academiam cum toto Colle-  
gio, Patribus, Professoribus, studiosis-  
que illius contra quosuis impetitores,  
ac violentos inuasores, sub specialem  
non tantum Maiestatis nostrae Cae-  
sareae ac Regiae, sed haeredum eti-  
am nostrorum et successorum, tam  
per Sacri Romani Imperii fines, quam  
per Hungariam, eique annexas, et  
alias Iuri nostro haereditario subiec-  
tas Prouincias, protectionem recipi-  
mus. Promittentes per nos, nostros-  
que in vtroque statu Officiales, ac  
fideles Ministros sedulam curam et  
operam ad ea omnia praestanda,  
quae ad eius constantem cursum, ac  
perennem conseruationem, Priuilegi-  
orum immunitatem, studiorum com-  
moditatem, ipsorumque Scholarium  
pertinent securitatem ac indemnita-  
tem. Quia vero Religiosa quies, et  
Spirituales occupationes, nec animi  
distraktionem, nec alia incommoda,  
quae iudicandi in rebus Ciuilibus, seu  
Criminalibus Officium sequi solent,  
Patribus Societatis IESV permittunt,  
et Iurisdictio huiusmodi etiam iuxta  
Leges Regni, et ordinariam Praxim  
Magistratui Ciuili, seu Saeculari ob  
graues causas minime competit, Ideo  
Iurisditionem huiusmodi nobis, Suc-  
cessoribusque nostris, atque Iudicibus,  
per nos, et Successores nostros, ad  
suggestionem Rectoris Academici no-  
minandis, ac deputandis, iuxta Sanc-  
tas et pias eiusdem Societatis IESV  
Constitutiones, reseruamus. Neque  
enim per hoc quicquam siue Magi-  
stratui Ordinario Zagrabiansi, siue  
quibuscunque aliis Civitatum nostrarum  
Liberarum ordinariis Iudicibus,

služan za nas, za svećenstvo, za vjer-  
ske redove, za nauku, za pobožnost  
i za čitavu svoju domovinu i narod,  
zatim da bi se milost i naklonost na-  
še blagosti što jasnije očitovala pre-  
ma ocima Družbe Isusove koji žive  
u Zagrebu u toj osnovanoj i od nas  
potvrđenoj akademiji i, naposljetku,  
prema svim studentima akademije,  
u prvom redu i prije svega, tu aka-  
demiju s čitavim kolegijem, s nje-  
zinim ocima, profesorima i studentima  
protiv bilo kojih napadača i na-  
silnika primamo pod posebnu zaštitu  
ne samo našeg carskog i kraljevskog  
Veličanstva nego i naših baštinika i  
nasljednika koliko u zemljama Sveto-  
ga rimskog carstva, toliko u Ugar-  
skoj, njoj pripojenim i drugim po-  
krajinama, podložnima našem na-  
sljednom pravu, obećavajući da ćemo  
se mi i naši službenici i vjerni po-  
moćnici u jednom i drugom staležu  
revno brinuti i djelovati da se ostva-  
ri sve ono što se odnosi na njezino  
stalno djelovanje i trajno održava-  
nje, na nepovredivost povlastica, ko-  
rist nauka i sigurnost i dobrobit sa-  
mih đaka.

No budući da redovnički mir i  
duhovni poslovi ne dopuštaju ocima  
Družbe Isusove ni rastresenost ni os-  
tate neugodnosti koje obično prate  
službu sudovanja u građanskim ili  
krivičnim parnicama, a takva juris-  
dikcija prema zakonima kraljevine i  
prema redovnoj praksi zbog važnih  
razloga nipošto ne pripada građan-  
skoj ili svjetovnoj vlasti, zato takvu  
jurisdikciju pridržavamo za sebe i  
svoje nasljednike i za suce koji će  
biti imenovani i određivani na pri-  
jedlog rektora akademije u skladu  
sa svetim i pobožnim odredbama  
Družbe Isusove. Ne vidimo doista da  
će se išta oduzeti bilo redovnom za-  
grebačkom sucu ili bilo kojim drugim  
redovnim sucima i vlastima naših  
slobodnih gradova ako im ne prepu-

ac Magistratibus derogatum iri videmus, si illis potestatem captiuandi, iudicandi, vexandi, Scholares praesertim Academicos, in quos ipsi etiam ante erectionem Academiarum nullum Ius nullamue potestatem habebant, captiuare, iudicare, vexareque non permittamus. Ac proinde si quos Scholarium, seu Academicorum in flagranti facinoris deprehendi contigerit, eos Magistratui Academico quam primum consignandos mandamus et praecipimus. Ne autem huiusmodi Zagrabiae erectae Academiae seu Studii Philosophici dignitati ac ornamento quidpiam desit, quod e plenitudine Caesariae Regiaeque nostrae gratiae illi, membrisque eius conferri potest, Imperiali et Regio ac Apostolico nostro Diplomate statuimus, simulque decernimus, ut haec Academia Zagrabiensis, quae ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sanoque, et industrioso, accedente consilio nostro, Imperialis ac Regii nostri roboris firmitate est communita, et stabilita, omnibus et singulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, praeeminentis, praerogatiuis, facultatibus, iuribus, indultis et gratiis uti debeat, possit ac valeat, quibus coetera Gymnasia, studia Generalia, Academiae et Vniuersitates ubiuis locorum et Gentium per Imperium Romanum, Regna et Prouincias, omnium Principum Austriacorum, utuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent, quomodolibet consuetudine vel de Iure: Supplentes etiam quoscunque defectus tam Iuris, quam facti, si qui forte in praemissis interuenissent, aut interuenisse dici, et allegari possent. Specialissime vero Vniuersitatum per Imperii fines et Prouincias nostras haereditarias erectarum, ut est Coloniensis, Viennensis, Moguntina, Ingolstadiensis, Pragensis, Olomucensis, Graecensis, Tyrnauiensis, et Cassouiensis, Iura omnia

stimo uelut da hapse, sude i zlostavljaju đake, pogotovu akademske, nad kojima i prije osnivanja akademije nisu imali nikakva prava ni vlasti. Stoga, ako se desi da neki đaci ili studenti akademije budu uhvaćeni na samom činu zlodjela, naređujemo i nalažemo da se što prije izruče akademskoj vlasti.

Medutim, da ne bi dostojanstvu i sjaju te u Zagrebu osnovane akademije ili filozofskog studija išta nedostajalo što bi se puninom naše carske i kraljevske milosti moglo podijeliti njoj i njezinim članovima, — našom carskom, kraljevskom i apostolskom diplomom određujemo i ujedno odlučujemo da ova zagrebačka akademija, koja je, po pouzdanom našem znanju, osnovana na temelju dobro promišljene, mudre i djelotvorne odluke uz naše odobrenje, te učvršćena i poduprta snagom naše carske i kraljevske vlasti, smije, može i bude kadra uživati zajedno i pojedinačno sve povlastice, imunitet, izuzimanja, prednosti, posebna ovlaštenja, dopuštenja, prava, oproste i milosti, koje na kakav god način, bilo po običaju ili po pravu, imaju, njima se služe, koriste i uživaju ih ostale gimnazije, generalni studiji, akademije i sveučilišta na bilo kojem mjestu i u bilo kojem narodu po rimskom carstvu i po kraljevinama i po pokrajinama svih austrijskih knezova. Ujedno ispravljamo sve omaške, i pravne i stvarne, ako su slučajno kakve ušle u prethodni tekst ili ako bi se moglo reći i tvrditi da su ušle. Posebno pak puninom carske i ujedno kraljevske svoje moći ovoj zagrebačkoj akademiji podjeljujemo, dajemo i darujemo s punom djelotvornošću sva prava i povlastice sveučilišta osnovanih u zemljama carstva



et Priuilegia. de Caesareae simul ac Regiae nostrae potestatis plenitudine. Zagrabiensi huic Academiae conferimus. damus et donamus, pleno cum effectu: Quapropter cum vigore Caesareae nostrae gratiae Rector eiusdem Academiae, item Cancellarius, necnon Decani Facultatum, ac coeteri Doctores, et Professores, in aliquo gradu literario constituti Ius habeant ad omnes Doctoratus, Licentiaturs, Magisterii, Baccalaureatus, ac Vniuersim omnium graduum titulis et ornamentis cohonestandos, quos praeuio riguroso examine dignos his ornamentis repererint. Volumus etiam consequenter, imo decernimus, ac e Caesareae simul et Regiae potestatis nostrae plenitudine statuimus et mandamus, ut omnes sic in Academia hac Zagrabiensi promoti Doctores, Licenciati, Magistri, ac Baccalaurei, per omnes Orbis Christiani, speciatim vero EVROPAE Academias, pro talibus habeantur, sintque participes ipso promotionis facto omnium illorum Priuilegiorum, gratiarum, immunitatum, antelationum, et exemptionum, quibus coeteri in aliis Academiais gaudent, utuntur et fruuntur, post adeptos tales gradus, siue iam haec Priuilegia consistant in actibus externis, ut sunt Disputationes, Professiones, Examinationes, Sententiarum Censurae, Consensus Academici, siue in aliis ornamentis, ut sunt Epomides, pilei Doctorales, annuli, et id genus Academicae Reipublicae Insignia: quae ipsa omnia una cum Sceptro, Sigillo, ac Titulis gradui et officio cuiusuis competentibus concessa censentur a nobis, et defacto conceduntur, ante omnes alios Rectori Academico, Cancellario eiusdem, postmodum Decanis Facultatum et Professoribus Academicis. Declaramus hic item nominatiue, quod testimonia studiorum, seu Graduum ex hac Academia Zagrabiensi legitime obtenta debeant ad-

i u našim nasljednim pokrajinama, kakvo je sveučilište u Kōlnu, Beču, Mainzu, Ingolstadt, Pragu, Olomoucu, Grazu, Trnavi i Košicama.

Na temelju toga neka snagom naše carske milosti rektor te akademije, a tako isto i kancelar, pa dekan fakulteta i ostali doktori i profesori koji su postigli neki znanstveni stupanj imaju pravo da na naslov i na čast doktora, licencijata, magistra, bakalaurea i općenito svih stupnjeva uzdignu one koje na prethodnom strogom ispitu pronađu dostojnima tih časti. U vezi s time hoćemo, štaviše odlučujemo i puninom svoje carske i ujedno kraljevske vlasti određujemo i nalažemo da se svi u ovoj zagrebačkoj akademiji tako promaknuti doktori, licencijati, magistri i bakalaurei smatraju takvima po svim akademijama kršćanskog svijeta, posebno pak u Evropi, i da samim činom promocije dobiju udjela u svim onim povlasticama, milostima, imunitetu, prednostima i izuzimanjima, koja imaju i uživaju i kojima se koriste ostali u drugim akademijama čim postignu takve stupnjeve, bilo da se te povlastice sastoje od izvanjskih činova kao što su javne rasprave, predavanja, ispitivanje, ocjene sentencija, akademijske sjednice, ili od drugih znakova časti kao što su oplećci, doktorski šeširi, prstenje i drugi takvi ukrasi u akademijskoj zajednici. Sve to zajedno sa žezlom, pečatom i naslovima koji odgovaraju pojedinom stupnju i službi smatramo da smo podijelili, a i stvarno ih podjeljujemo prije svih drugih rektoru akademije i njegovu kancelaru, a zatim dekanima fakulteta i profesorima akademije.

Nadalje, ovdje izričito izjavljujemo da se svjedodžbe o studiju, odnosno o akademskim stupnjevima koje su zakonito dobivene na ovoj za-

10

mitti a quibuscunque Collegiis, Aca-  
demiis, Communitatibus, Capitulis, et  
coeteris omnibus, cuiuscunque gradus  
et conditionis existant, tam in Iudi-  
cio, quam extra: et iis, qui ea obti-  
nerunt, omnino prodesse, et suffra-  
gari ad consequendos honores non  
solum Saeculares, sed etiam Ecclesi-  
asticos, imo et Canonicatus, ac alia  
Beneficia, etiam in iis Capitulis ac  
Ecclesiis, quae in suis Candidatis tri-  
ennale, aut plurium pauciorumue An-  
norum in aliqua Academia studium,  
vel gradum Doctoratus requirunt. De-  
mum ad complementum coeterarum  
gratiarum nostrarum erga hanc no-  
uam Academiam Zagrabiensem iam  
declaratarum, et deinceps declaran-  
darum omnino daturi sumus operam,  
ut Academia haec noua Zagrabiens-  
is, in praefato Regno nostro Scla-  
uoniae erecta, et fundata, reliquis  
Prouinciae Austriae Societatis IESV  
Vniuersitatibus, signanter Viennensi,  
et Graecensi uniatur, ac incorpore-  
tur. Denique, ut nos ipsi ad ingentis  
boni ex noua hac Academia suis tem-  
poribus uberi cornu promanaturi  
magnam spem, ipsam Academiam  
una cum Collegio, Bonisque et Pro-  
uentibus, cum omnibus item Officia-  
libus, Ministris, ac membris singulari  
semper parati sumus tueri, ope ac  
patrocinio, commodaque eius datis  
occasionibus promouere, et augere,  
ita Successoribus, Haeredibusque no-  
stris, ac praerecensorum Regnorum  
nostrorum, Croatiae et Sclauoniae,  
Statibus et Ordinibus ac Regnicolis,  
tam in Ecclesiastica, quam Saeculari  
dignitate, loco, gradu, nec non coe-  
teris fidelibus nostris eandem cum  
omnibus dictis clausulis, gratiis, ac  
Priuilegiis defendendam, promouen-  
dam, pluribusque, ubi necessum fue-  
rit fauoribus, gratiis, ac Priuilegiis  
exornandam, pro affectu parique  
cordis nostri Regii sensu enixe com-

grebačkoj akademiji moraju prizna-  
vati od bilo kojega drugog kolegija,  
akademije, zajednice, kaptola i svih  
ostalih ma kojega stupnja i staleža,  
koliko na sudu, toliko i izvan njega.  
Te svjedodžbe moraju onima koji su  
ih postigli općenito koristiti i poma-  
gati u postizanju ne samo svjetovnih  
nego i crkvenih časti, kanonikata i  
drugih beneficija čak i u onim kap-  
tolima i crkvama koje od svojih na-  
tjecatelja traže trogodišnji ili dulji  
ili kraći studij u nekoj akademiji ili  
doktorski stupanj.

Naposljetku, za dopunu ostalih  
naših milosti prema ovoj novoj za-  
grebačkoj akademiji, koje su već na-  
vedene ili se imaju navesti, općenito  
ćemo se pobrinuti da ova nova za-  
grebačka akademija, osnovana i po-  
diđnuta u spomenutoj našoj kraljevi-  
ni Slavoniji, bude spojena i združena  
s ostalim isusovačkim sveučilištima u  
pokrajini Austriji, posebno sa sve-  
učilištem u Beču i Grazu.

Napokon, kao što smo mi sami –  
uvelike očekujući silno dobro koje će  
u svoje vrijeme kao iz roga obilja  
poteći iz ove nove akademije – uvi-  
jek spremni tu akademiju zajedno s  
kolegijem, imanjem i prihodima, na-  
dalje sa svim njezinim službenicima,  
pomoćnicima i članovima zaštićivati  
posebnom pomoći i okriljem te u da-  
nim prilikama promicati i unapredi-  
vati njezine probitke, tako isto svo-  
jim nasljednicima i baštinicima, za-  
tim staležima, redovima i građanima  
spomenutih svojih kraljevina Hrvat-  
ske i Slavonije, koji su bilo na crkve-  
nim ili svjetovnim uglednim položa-  
jima, mjestima i stupnjevima, kao i  
ostalim svojim vjernim podanicima,  
iz ljubavi i iz takvog osjećanja svoga  
kraljevskog srca živo preporučujemo  
da tu akademiju sa svim njezinim  
spomenutim klauzulama brane i una-  
pređuju i da je, kad bude potrebno,

mendamus. Atque hanc praemisso modo factam benignam nostram Academiae nouae Zagrabiensis acceptationem, approbationem, ratificationem, confirmationem, exemptionem, decretum et voluntatem, per quoslibet, quorum videlicet quoquomodo interesset, rata haberi, obseruarique debere, neque uspiam, ulloque modo laedi, violari, iisque, quae a nobis statuta, indulta, firmata, roborataque sunt, contraueniri volumus, et inuolabiliter constituimus. Harum nostrarum manus nostrae subscriptione, Siggillisque tam Bullae Aureae, quo ut Romanorum Imperator, quam Secreti, quo ut Rex Hungariae utimur, appensione munitarum vigore et testimonio literarum, D A T V M in Castro nostro Ebersdorff, die vigesima tertia Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo nono, Regnorum nostrorum, ROMANI Duodecimo, HUNGARIAE et reliquorum Decimo quinto, BOHEMIAE vero Anno Decimo quarto.

#### LEOPOLDVS

Franciscus Szegedy  
Episc. Vacien.  
Stephanus Orban

urese još brojnijim uslugama, milostima i povlasticama.

Nadalje, hoćemo i nepovredivo određujemo da na spomenuti način izvršeno naše dobrostivo prihvaćanje nove akademije u Zagrebu, odobrenje, priznanje, potvrdu, izuzimanje, odluku o tome i našu volju moraju svi ljudi kojih se na kakav god način bude to ticalo smatrati čvrstom i kao takvu poštovati te je ne smiju nigdje nikako povrijediti ni prekršiti niti se suprotstavljati onome što smo odredili, dopustili, učvrstili i osnažili.

Oснаženo i posvjedočeno ovom poveljom, snabdjevenom našim vlastoručnim potpisom i obješenim pečatima: zlatnom bulom, kojom se služimo kao rimski car, i onim tajnim pečatom, kojim se služimo kao kralj ugarski.

Dano u našem gradu Ebersdorffu dana dvadeset trećega mjeseca rujna godine Gospodnje tisuću šeststo šezdeset devete, dvanaeste godine našeg rimskog kraljevanja, petnaeste ugarskoga i ostalih, a četrnaeste češkoga.

#### LEOPOLD

Franjo Szegedy  
biskup vački  
Stjepan Orban

*(Preveo Ueljko Gortan)*